

fran. Marcus, tom. 2. decis. 472. numero 9. licet si infimæ conditionis mater esset, capere poterant, Text. in l. 1. §. 2. ff. de Tyrul. & Orphi. Quod intelligendum, legitimis non obstantibus, quia si extent illegitimi nil capere poterant, nisi concubinatus ad matrimonium transitum fecisset. Quæ interpretatio licet nova videatur, verbis dict. leg. si qua illustris nititur; quia Imperator supponit aptitudinem contrahendi, dum liberam conditionem in utroque requirit; & cum ex sola animi mutatione contraxisse videantur, aptitudo capiendi referenda est ad filios, illegitimos, vel naturales, legitimis tamen per subsequens matrimonium, ut explicat idem Justinianus, in §. sui autem, vers. nec non, instit. de heredit. qua ab intest. defer. ibi: Necnon eos quos nostræ complexæ sunt Constitutiones, per quas iustimus, ut si quis mulierem in suo contubernio copulaverit, non ab initio affectione maritali, eam tamen cum qua poterat habere conjugium, & ex ea liberos sustulerit, postea vero affectione procedente etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit; non solum eos liberos qui post dotem editi sunt, iustos & in potestate patris esse, sed etiam anteriores, quæ & iis qui postea nati sunt occasionem legitimis nominis præstiterunt. Constitutiones, quas in hoc Textu explicat Justinianus, communiter Doctores interpretantur de contentis, in leg. cum quis 10. l. num. 11. C. de natur. liber. sed Text. in d. l. si qua illustris, eiusdem Justiniani est eodem die lata, eisdem Consulibus, in eodem loco, & eidem directa & sic non est major ratio ob quam illæ duæ leges, in dict. §. comprehendantur quam d. l. si qua, quæ de eadem fermè materia tractat, & sub eodem die, Consule & loco lata fuit. Sed dato quod d. l. si qua intelligenda sit prout vulgariter interpretatur, negari non potest, quod similes filii ad bona paterna, non admittuntur sicut legitimi, quod est signum evidens illegitimitatis consuetudinis, & hoc sufficit ad intentum, nempe ut concludamus à jure non expressa lege permissum concubinatum, sed tantum toleratum, & extra pœnam. Et sic intelligenda sunt dicta plurimorum Interpretum dicentium licitum de jure civili esse concubinatum, quorum plures adducunt Clarus, in §. fornicatio, n. 6. ubi Baiard. num. 7. Farin. quæst. 158. num. 30. Avendaño de exeq. mandat. p. 2. cap. 26. num. 3. Guazzin. defens. 1. cap. 11.

num. 9. Carpzov. dict. part. 2. quæst. 70. num. 39. Martinis resol. practicabil. lib. 1. cap. 254. num. 8. Hac tolerantia abrogata fuit per Novell. const. Leon. 91. Novella 12. cap. 4. Novell. 18. cap. 5. Novella 117. c. 2. & 3. & in usibus feudor. cap. 1. de filiis suscept. Sed quia certa pœna lata non fuit, variè Doctores se habent in ea assignanda. Et omissis dispositionibus Canonicis; & Tridentini, d. cap. 8. sess. 24. & cap. 14. sess. 25. de reformat. tanquam pertinentibus ad jurisdictionem Ecclesiasticam de qua non tractamus, omni jure prohibitum concubinatum sequitur ex dictis per Grillandum, de pœn. omnisar. coi. q. 25. 9. num. 5. Hostiensem, in summa & in c. lator. qui fil. sint legit. Anton. de Burr. in cap. cum sit generale de for. comper. Boët. decis. 72. per tot. Rebuff. in concordat. Rub. de publ. concub. ex princ. Jul. Clar. in d. §. fornicatio, n. 6. fed clarius Baiard. ibidem num. 7. Menoch. de arbit. caf. 289. n. 20. Petr. Gregor. dict. lib. 10. cap. 1. num. 15. Langl. semestr. d. lib. 8. cap. 8. ad fin. Berlich. practic. conclus. part. 5. conclus. 39. Carpzov. d. q. 70. ex num. 42. Farinac. d. q. 138. num. 31. Tiber. Decian. lib. 6. tract. crim. cap. 21. per tot. Juliv. Chart. decis. 77. num. 23. Grassim. de effect. cleric. in pralud. num. 58. cum seq. Sanfelcium decis. 245. Gabriel. Pereira, decis. Portugal. 12. num. 1. & ego aliqua notavi, tom. 2. de regim. Val. cap. 8. §. 8. num. 197. Cortiada, decis. 89. n. 6. part. 2. qui plures alios adducunt.

De jure nostro Hispano eadem tolerantia inferitur ex l. 1. & tot. tit. 14. p. 4. sed ea sublata, pœna concubinatus inflicta videtur per Text. in l. 1. & tot. tit. 19. lib. 8. recopil. & sic nos trates docent Covarr. in 4. decret. part. 1. cap. 4. num. 8. Aviles in capit. 47. prator. verb. manceba. num. 1. Dominus Gregor. Lopez, in dict. proem. tit. 14. part. 4. gloss. 4. Menchaca, de success. creat. §. 22. num. 49. Dueñas, in regul. 101. limit. 2. & 9. Ant. Gomez, in l. 80. Taur. n. 20. & 22. Didacus Perez, in leg. 3. tit. 15. lib. 8. Ordin. & in l. 23. & 24. tit. 3. lib. 1. Avendaño de exeq. man. dict. parte 2. cap. 26. n. 4. Bernard. Diaz, in pract. cap. 78. ex num. 1. & ibi Salcedo, Villadiego, in Rub. tit. 1. lib. 3. For. in d. num. 64. & 83. Bobadilla, in polit. lib. 2. cap. 17. ex num. 53. Azevedo, in l. 1. d. tit. 19. lib. 8. recopil. Cevallos, com. contr. com. q. 164. ex n. 1. & quæst. 295. ex numero 2. Joan. Gutierrez, canon. lib. 2. cap. 7.



CONTROVERSIA LIX.

De meretricia turpitudine & illius pœna.

SUMMARIUM.

- 1 Meretricia turpitudine jure divino reprobat.
- 2 Meretricia turpitudine jure Canonico damnatur.
- 3 Meretrices de jure civili non permittuntur absque pœna.
- 4 Simplex fornicatio, an jure civili prohibita sit.
- 5 Jura noviora pœnam determinatam, in meretrices non dicunt.
- 6 Scena à prostibulo distinguitur.
- 7 Scenica mulieres, luxuriosè vivebant, & nunc vivunt.
- 8 Text. in l. fin. Cod. comm. de manum. expenditur.
- 9 Meretricia turpitudine pœnali dispositione prohibita de jure civili.
- 10 Text. in l. foedissimam C. ad leg. Jul. de adulter. expenditur.
- 11 De jure Digestorum habetur specialis mentio hujusmodi pœnalis dispositionis.
- 12 Roma erat virtutum omnium mater.
- 13 Meretrices inter viles annumerabantur, & nexibus legum solute erant.
- 14 Meretrices turpes persona habita sunt, & contra eas honorum possessio dabatur, si heredes instituerentur.
- 15 Meretrices infamiam notantur. Text. in leg. Imperator, ff. de his qui notant. infam. expenditur, ibidem.
- 16 Meretricibus bonis interdicitur, & Curator datur.
- 17 Meretricis foribus effractis licet bona ab alio surripiantur, effractor non tenetur actione furti.
- 18 Meretricem servam surripiens, non tenetur actione furti.
- 19 Meretrices habitu speciali incedere jubebantur.
- 20 Meretricis, & matrona habitus realiter distinctus.
- 21 Meretrici, vel earum filiabus donata revocabantur etiam per tormenta.

- 22 Meretrix exheredari potest à patre.
 23 Meretrix detruditur in carcere ob debi-
 tum civile.
 24 Meretrix à ferendo testimonio exclu-
 ditur.
 25 Meretrix ab honestarum consortio, &
 habitatione repellitur.
 26 Meretrices submaniana dicte, quia ad
 submaniam, fornices, & lupanaria mitte-
 bantur, vel invita, & quare.
 27 Meretrices quæ dicantur, & quomodo
 probentur.
 28 Meretrices de jure antiquo Hispano
 pena sercentorum verberum plectebantur.
 29 Meretrices, & lupanaria aliquando
 tolerata in Hispania.
 30 Lupanarium toleratio in Hispania abro-
 gata lege novissima reperitur.
 31 Meretrices loco pœnæ mittebantur in-
 vita ad lupanaria.
 32 Lupanarium tolerantia ratione majoris
 mali vitandi, ab aliquibus appro-
 bato.
 33 Meretricis invite missio ad lupanar,
 illicita videtur.
 34 Sed hoc intelligendum si directe fiat;
 non verò simoneatur meretrix, quod
 honeste vivat, vel in lupanari de-
 gat.
 35 Meretrices jure Hispano pœna exiliis
 multantur.
 36 Meretrices jure Hispano novissimo aliis
 pœnis afficiuntur.
 37 Meretrices apud alias gentes diversis
 pœnis afficiuntur.
 38 Meretrices quibus pœnis hodie plectan-
 tur in hac Curia.
 39 Diversitas procedendi ratione concubi-
 natus, vel vite meretricia.
 40 Meretricia turpitudine probatur, quando
 femina januam apertam, diu, noctu-
 que habent adolescentibus, quod apud
 nos dicitur, recibit vilitas.
 41 Scandala, rixæ, vulnera, & neces ex
 hoc vivendi modo procedunt.
 42 Meretrices hoc modo viventes, Corte-
 sanas, vel Tusonas, appellamur.
 43 Lenonum differentie, & pœna remissive
 traduntur.

MERETRICIA turpitudine fe-
 minarum palam quæstum
 corporum facientium jure
 divino reprobata reperitur
 per Text. in c. 23. Deuteronom. vers. 16.
 ibi: Non erit meretrix de filiabus Israël,

neque scortator de filiis Israël: cuius de-
 testatio; Proverb. 5. vers. 2. traditur his
 verbis: Ne attendas fallacia mulieris,
 foris enim distillans labia meretricis,
 & nitidius oleo guttur ejus, novissima
 autem illius amara quasi absinthium, &
 acuta quasi gladius biceps. Pedes ejus
 descendunt in mortem; & ad inferos
 gressus illius penetrant. Per semitam vita
 non ambulabunt; vagi sunt gressus ejus
 & investigabiles: quæ prosequitur Sa-
 lomom utique ad cap. 7. De jure Cano-
 nico eadem prohibitio probatur ex
 cap. nemo, cap. sicut, cap. meretrices, 32.
 quæst. 4. ubi communiter Doctores plu-
 ra tradentes, Covarr. sup. 4. decret. p. 1.
 de spons. cap. 4. ex num. 5. plura per Bar-
 bosam, in cap. inter opera 20. de sponsa-
 lib. & Joan. Gutier. canonicar. p. 2. c. 10.
 per tot.

De jure civili Romanorum plures
 Doctores tenent nulla pœna meretrices
 coerceri, quod inferunt ex eo, quod sim-
 plex accessus soluti ad solutam impuni-
 bilis videatur ex Text. in leg. uxor. 13. §.
 sed & in ex. 2. ff. ad leg. Jul. de adul. l. si
 ea quæ 22. Cod. eod. & sic tenuerunt plu-
 res relati à Berlich. practicab. part. 5. con-
 clus. 39. num. 5. & Carpov. in practie.
 crimin. 2. part. quæst. 70. n. 11. Verum ex
 his juribus nihil ad rem inferri valet;
 quia valde diversum est simplex acces-
 sus, à meretricia turpitudine; cum il-
 lud in occulto fiat, hoc palam; illud in-
 stantaneè, hoc per actuum repetitio-
 nem, diuturno tempore in nequitia per-
 sistendo. Ulpianus enim in d. l. si uxor,
 §. sed in ea respondit quod in viduam
 impune stuprum committitur, quod res-
 picit personam stuprantis; non autem
 quod vidua palam quæstum corporis
 faciens impunita evadat: sic similiter
 Imperator, in dict. leg. si ea quæ rescriptis
 quod in publicè prostituta cessat eri-
 men adulterii; non autem quod essent
 aliæ pœnæ.

Christophorus Avendaño, de exequen. 4.
 mandat. p. 2. cap. 26. n. 1. tenuit quod sim-
 plex accessus soluti ad solutam prohibi-
 tus est per leges novissimas juris Ro-
 manorum, quod inferre intendit ex au-
 thent. de lenonib. §. mulieres, collat. 3. Au-
 thent. senica mulieres, collat. 5. Authent.
 quibus mod. natur. effie. legit. §. illud, ex
 usib. feud. in cap. 1. de fl. nat. ex matrim.
 ad Morgan. & ex leg. fia. Cod. commun.
 de manumission. Sed in his juribus nihil
 conclu-

cluditur. Nam authent. de lenonibus, in
 §. mulieres, nihil de pœna meretricibus
 imponenda statuit, sed exhortationem
 ad castitatem continet: in præcedenti-
 bus tamen licet pœnam lenonibus sta-
 tuat, ibi: Praconizamus itaque, quia si quis
 de cetero præsumpsit invitam puellam
 assumere, & habere ad necessitatem nutri-
 ram, & fornicationis sibi deserentem qua-
 sum, hunc necesse esse à spectabilibus Pra-
 toribus populi hujus felicissima civitatis
 comprehensum omnia novissima sustinere
 supplicia. Mulieribus verò nullam indi-
 cit, Authent. de senicis mulieribus, collat. 5.
 Improbatur juramentum de perseverando
 in senicis, & pœnam in exigente ir-
 rogat, non autem mulieribus pœnam
 imponit: & quando imponeret, non est
 idem in prostibulo habitare, & in scœ-
 na adesse, ut Accursius perperam dixit
 ibidem: illud enim est libidinibus vacare
 & venalem pulchritudinem exhibere;
 hoc autem ad ludos theatrales, & spe-
 ctacula destinari, ut clarè probat Tex-
 tus, in leg. 2. §. fia. ff. de his qui not. infam.
 7 Et licet regulariter tunc, sicut nunc
 experimur, scœnicæ mulieres vitam me-
 rettriciam ducebant, ut ex Text. in leg. 2.
 & 4. Cod. Theod. de scœnis, colligitur, ubi
 plura ad rem Jacobus Gothofredus con-
 gerit; non tamen in lupanariis, vel
 prostibulis versabantur: neque ipsis
 pœna; quia ibi versarentur, imposita
 fuit; sed juramentum de non recedendo
 exigi ab eis sub pœna prohibetur, in §.
 illud Authent. quibus mod. natur. effie. legit.
 nihil de pœna imponenda tractatur si-
 cut neque, in cap. 1. de fl. nat. ex matr. ad
 Morgan. Ac tandem, in dict. leg. fia. Cod.
 8 comm. de manumiss. Solum reperitur res-
 criptum ab Imperatore quod neque an-
 tiquis legibus, neque sui temporis
 constitutionibus permixtum fuit con-
 jugatis concubinam habere; quod in
 leg. unic. Cod. de concub. clarè statutum
 est. Et sic licet inferatur quod quilibet
 accessus præter matrimonialem, pro-
 hibitus vel illicitus habebatur, respectu
 legis pœnam imponentis meretricibus
 nihil meo judicio ex dictis juribus con-
 cluditur.

Quare his, & aliis similibus omisis, in
 9 terminis scortationis, & meretricia tur-
 pitudinis existat clara dispositio pœna-
 lis de jure civili Romanorum tam in Co-
 dice quam in Digestis. Sic mihi probat
 Textus, lege sacdissimam 20. Cod. ad
 D.D. Laur. Matthæi de Re Crim. P. I.

leg. Jul. de adulter. quem Textum de
 tribadis sive ficitricibus vulgariter ex-
 poni solet, sed perperam, ut ejus verba
 demonstrant, quæ sic se habent. Fædis-
 mam earum nequitiam quæ dædorem suum
 alienis libidinibus prosternunt; non etiam
 earum quæ per vim stupro compresse sunt
 irreprehensa voluntate leges ulciscantur.
 Dionys. Gothofredus, ibidem interpre-
 10 tatur hunc Textum de mulieribus stu-
 pris ultro se deditibus: quod ex ipsis
 verbis elicitur, cum de patientibus alic-
 nas libidines, non de agentibus Diocle-
 tian. & Maximini, ibidem tractent, ut dixi
 sup. controversia 48. numero 48. Alienis
 enim libidinibus prosterni, est sui co-
 piam pluribus exhibere, in quo meret-
 tricia turpitudine consistit, Text. in l. palam
 in princ. ff. de rit. nuptiar. ubi Doctores,
 quorum plures congerit Cenedo, in col-
 lect. decretal. collect. 140.

Jure digestorum idem probatur ex 11
 Text. in dict. leg. palam. §. non solum ff. de
 rit. nuptiar. ibi: non solum ea quæ faciunt, ve-
 rum ea quæque quæ fecit, & si facere desit
 lege notatur: neque enim aboletur turpitu-
 do quæ postea intermissa est: idem proba-
 tur, in §. non est seq. ibi: non est ignoscendum
 ei quæ obtentu paupertatis turpissimam vi-
 tam egit. Cujus Textus verba adeo cla-
 12 ra sunt, ut explicatione non egeant. Nec
 aliud credi poterat de pœna illa seve-
 ritate Romanæ urbis, quæ mater om-
 nium virtutum dicebatur ab Imperato-
 ribus, in l. non patimur 4. C. Theod. ad leg.
 Jul. de adulter. ubi plura per Jacob. Go-
 thofred. Quia meretricia turpitudine est
 talis, quod non erat possibile quin leges
 in eam insurgerent, ne effrenata fœmina-
 rum libido absque aliqua pœna evaderet.

Sed dices, quæ pœna meretrices ple-
 13 ctantur, quia in his juribus nulla spe-
 cialiter assignata reperitur? Pluribus
 pœnis plecti respondeo. Prima est quod
 inter viles, & abjectas personas annume-
 rabantur, ita ut legum nexibus, & auxi-
 lio destituerentur, Text. in d. l. fia. quæ 22.
 Cod. ad leg. Jul. de adulter. Hippol. de
 Mar. in l. unic. Cod. de rapt. virgin. num. 19.
 P. Fragofo, de reg. reip. Christ. p. 1. lib. 2.
 disp. 4. n. 170. Secunda quod turpes pet-
 14 sonæ dicebantur, & si institutæ heredes
 sint, contra eas parentibus bonorum pos-
 sessio dari solet, Text. in l. 3. ff. si à parent.
 quis man. sit. D. Greg. Lopez in l. 12. tit. 7.
 part. 6. Gloss. 2. aliis relatis Barbofa, in
 collect. cap. inter opera 20. de sponsal. n. 10.

Tertia, quod infamia juris, & facti notantur, Text. in leg. *Athletas*, ff. de his qui not. infam. junct. d. l. palam, §. non solum, & §. lenocinium, de rit. nuptiar. plurib. Farin. q. 56. numero 357. Riccius in prax. rer. for. Eccl. decis. 166. numero 87. Barbofa, in d. collect. c. inter opera, num. 9. Atmaia, in l. unic. c. de infamib. lib. 10. numero 30. Nec obstat Text. in l. Imperator, ff. de his qui infam. dicenda quod vita meretricia in servitute ducta, non obest famæ: quia cum servi pro mortuis habeantur, à jure civili, in considerationem non veniunt facta, in servitute ad effectus civiles. Imò ex eodem Textu argumentum à contrario sensu desumi valet dicendo: ergo vita meretricia in libertate habita famæ obstat, quod argumentum validum est in jure, l. 1. §. hujus rei, ff. de off. ejus cui mand. est jurif. plurib. Barbof. in loc. com. arg. jur. loco 27. numero 1. Quarta pœna est quod meretrici bona interduntur & Curator tanquam furioso datur, Text. in l. & mulieri 15. ff. de curat. fur. dan. Ant. Gomez. in l. 14. Taur. n. 13. Arias Pinell. in l. fin. num. 20. Cod. de bon. Mater. Joan. Gutierrez, de tutel. p. 1. c. 9. num. 23. Quinta pœna est quod actione injuriarum non tenetur qui eam ad turpia sollicitaverit, neque de raptu tenetur qui eam rapuerit, neque de furto qui ejus fores effregerit, etiam si ab alio bona subripiantur, Text. in d. l. unic. c. de rapt. virgin. Hippol. & Fragos. ubi proxime, Text. in l. verum 39. ff. de Furt. pluribus Caball. cas. 179. ex numero 2. Sexta pœna est quod meretricem servam rapiens, neque de furto, neque de plagio tenetur, si libidinis causâ fiat, dicitur l. unum ff. de furt. pluribus Farinac. quest. 174. num. 13. Caball. ubi prox. num. 3. Septima pœna est quod habitu à matronis, & aliis pudicis fœminis distinguatur meretrix, Text. in l. mine 5. Cod. de Episcop. audiens. ubi Barbof. in collect. num. 5. Et licet hanc dispositionem ad habitum religiosum, vel virginum Deo dedicatarum aliqui limitent, ut ipse Barbofa refert contrarium convincitur, ex l. nulla cum l. seq. c. Theodos. de scenicis, ubi plura Jacob. Gothofred. Quibus addenda ipsa realis habitus differentia, per quam meretrices, matronis, & cæteris pudicis distinguuntur, adducta per Alexandrum ab Alexandro, lib. 5. di. genal. cap. 18. ubi Tiraquell. in not. Octava pœna est, quod donata meretricibus, &

earum filiis revocentur, adhibitis etiam tormentis si ea occultaverint, Text. in l. 1. Cod. de natural. liber. ubi Accurs. & Dionys. Gothofred. Petr. Gregor. dict. lib. 10. syntag. cap. 2. num. 17. Nona pœna est quod filia meretrix perdit jura suavitatis, & potest à patre utiliter exheredari, l. siliam 19. C. de inoffic. testa. l. 5. tit. 7. part. 6. ubi Dominus Gregor. Lopez, Gloss. 2. Decima pœna est quod licet fœminæ de jure capi non possint pro debito civili, Aurb. hodie, Cod. de cust. recor. ubi Doctores, l. 1. C. de offic. divers. judic. pluribus Farin. quest. 27. numero 43. sed si fuerit meretrix etiam pro debito civili in carcerem detritur, Text. in Authent. de restitut. & ea qua parit unde mens. §. fin. collat. 4. pluribus Farin. dict. quest. 27. numero 55. de jure Hispano sic cautum reperitur, in leg. 62. Taur. ubi Ant. Gomez. Undecima pœna est quod meretrix à testimonio ferendo repellitur, Text. in leg. 3. §. lex Julia, ff. de testibus; pluribus Farinac. quest. 56. ex numero 358. Duodecima pœna est, quod excludatur ab honestarum consortio, & habitacione, Text. in l. nullas, Cod. de sum. Trinit. & in leg. si qua in publicis, Cod. de spectacul. lib. 11. Dominus Gregor. Lopez, in lege 14. tit. 10. part. 5. gloss. 2. Montalvus, in leg. 3. tit. 2. lib. 4. for. legum. Plaça, in epitom. delict. cap. 32. numero 9. vers. ilud. Antonius Gomez, in leg. 62. Taur. numero 4. Petr. Caball. casu 184. numero 1. Ayllon. ad Gomez. var. lib. 2. cap. 3. num. 7. vers. conductor. Unde ad submœniana, fornicis & lupanaria, loco pœna vel invitæ mitebantur, ut fœtore loci, & sociarum à tali vita respicerent, ut ex Livio, Tacito, & aliis probat Petr. Gregor. d. cap. 2. numero 13. & 39. Qua detestabili pœna usi plures fuere Tyranni in sacratissimas Virgines pro fide Catholica ad martyrium deductas, ut ex Terrull. Ambros. & aliis tradit Langleus, lib. 8. semestr. cap. 8. in fin. Quæ autem dicantur meretrices, & quomodo probetur, tradunt Doctor. in d. leg. palam. Farinac. quest. 135. ex numero 76. plurimos adducens Cenedo, in dict. collect. 140. ex numero 1. & ex nostratibus Plaça, d. c. 32. ex num. 5.

De jure Hispano antiquiori pœnam acerbam in meretrices assignatam habemus per Text. in l. 17. tit. 4. lib. 3. for. jud. nempe quod cædantur coram populo trecentorum verberum pœna. Quæ si hodie vigeret

vigeret in praxi, multarum salutem produceret. Sed antiquata reperiretur, ut notat Villadiego, in eodem Text. num. 1. vers. nihilominus, Sed rationem quam adducit, nempe quod meretrices, & lupanaria toleratæ sint improbo, duplici ex capite. Primum quia toleratio lupanarium quæ suo tempore vigeat abrogata fuit per Dominum Regem Philippum IV. lege speciali lata in hac regia urbe anno 1623. quæ est, lex fin. tit. 19. lib. 8. recopil. Secundum quia ex tolerantia lupanarium non inferitur impunitas meretricum; quia, ut dixi, loco pœna ex invitæ ad lupanaria mittebantur, ut detestacione loci, & fœtore sociarum respicerent; Et ne castas simili contagio deformarent. Et licet Dominus Covarruv. dict. part. 1. de sponsal. cap. 4. num. 9. ad fin. postquam tolerantiam lupanarium non improbat, reprobat missionem meretricis invitæ; ea nisi ratione quod peccatum sit aliquem etiam loco pœna cogere ad peccatum; 32 crediderim hanc rationem deficere, si non directè condemnarentur ad lupanaria: sed per indirectum eas monendo quod honestè vivant; vel in lupanari meretriciam vitam exercent sub comminatione exilii, vel alterius pœna. Quia sub hac forma non imponitur eis necessitas peccandi; sed solum casu quo à peccandi consuetudine non abstineant; imponitur certus modus peccandi quo minus lædant republic. quod Ecclesia tolerare solet, majoris mali vitandi causâ, ut de ipsa lupanarium tolerantia tenuit idem doctissimus vir, & ego cum sancto Thoma, Petro Gregor. & aliis notavi, tom. 2. de reg. Val. c. 8. §. 8. num. 197. Quæ detrudendi forma in lupanari meretricis, praxi recepta erat in civitate Valentie, quando ego munita criminalia gerebam; neque hoc iniquitatem continet, quia impudicitie pœna in ipsa vita impudica continetur. Prudenter Tacitus, lib. 2. annal. ibi: *Morre inter veteres recepto, qui satis penarum adversum impudicas, in ipsa professione flagitii, credebant.*

Sed ut pergamus, per leges noviores hujus Regni, licet levius, pariter punitæ reperiantur meretrices. Nam in lege 2. tit. 12. part. 7. in exilium mitti jubentur quia dum de lenonibus tractatus, hæc verba habentur, ibi: *Devenlos hechar fuera de la villa, e à las islas putas.* Ubi

videndus Dominus Gregor. Lopez, gloss. 2. novissimæ leges hanc pœnam non abrogant, & in leg. 7. tit. 19. lib. 8. recopil. prohibentur gestare habitum aliquem religionis, quod non possint habere famulas quadraginta annis minores sub pœna exilii. Quod non possint amanuensem habere, sub eadem pœna, & quod in Ecclesia non apponant aliquem ornatum ad sedendum, sub pœna amissionis; & licet istæ pœnæ leviores videantur, ignominiosæ sunt, & sufficiunt ut dici possit, quod meretricia turpitudine nostris legibus coerceretur. Sicut apud cæteras gentes de quibus Gigas, tract. de jura majest. lib. 5. c. 7. n. 6. Carol. Ruin. consil. 130. num. 5. lib. 3. Lancellor. Galiaula. tract. de stat. quest. 2. num. 11. Menoch. de arbitrar. cas. 534. num. 15. Philip. Decius, in leg. qua propter, ff. de regul. jur. num. 5. Dominus Covarruv. in c. peccatum de reg. jur. in 6. Cachet. decis. 77. num. 34. Petr. Gregor. de republ. lib. 14. cap. 1. num. 5. Joan. Andreas in c. si quis propter paupertatem 10. de furtis. Dominus Valenguela, consil. 80. num. 25. & 26. Franq. decis. 68. & decis. 316. ubi Amendola Cabal. cas. 184. num. 1. Plaça dict. cap. 32. ex num. 5. Anton. Gomez, var. lib. 2. cap. 3. num. 6. & lib. 3. cap. 6. nam. fin. ubi Ayllon. Berlich. d. conclus. 39. n. 10. & Carpozov. d. q. 70. num. 16. cum seqq.

Hinc profluit praxis in Aula ab antiquo recepta procedendi contra meretrices, quæstum palam exercentes, ita ut turpitudine legitimo modo probata, detrudantur in publica reclusionem, quæ nuncupatur *la galera* ad tempus, vel in perpetuum, ralis coma, & supercilliis, vel non, juxta scandalum dari, vel luxuriandi excessum. Quæ procedendi causa diversa est à causa concubinatûs; nam hæc probata consuetudine illicita cum uno tantum justificata manet, & condemnatio subsequitur. Sed quando mulierculæ accusantur de vita meretricia, necessaria est probatio prostitutionis cum pluribus, & quæstuarium vita, juxta dict. leg. palam, & regulas traditas per Farin. d. q. 135. ex n. 76.

Alia causa procedendi in Aula frequentissima est, nempe quando mulier non infimæ sortis accusatur de inhonesto modo vivendi, eo quod jannam apertam diu, noctuque habet, adolescentibus eam visitantibus, quia hæc qualitate pro-

- bata simul cum luxu habitus, juxta formam traditam per Petr. Gregor. d. c. 2. num. 6. & Farinac. d. q. 135. num. 95. Meretricia vita probata videtur ac per consequens condemnatio subsequi debet, juxta facti, & Personarum qualitates. Ex hoc enim modo vivendi plures 41 rixæ, contentiones, vulnera, & neces oriuntur: quia meretrices istæ quæ *Tasfonas* vel *Cortisanas* vulgò dicuntur, plus offerentes admittunt, scilicet verius neminem dantem excludunt, qui zelotypiæ affectu inflammati, ad rixas, contentiones, vulnera, & neces pervenire solent, ob quod iudices earum turpitudinem compefcere tenentur, hoc præ oculis 42 semper habendo, quod pœna pecuniaria in eis nihil prodest, quia quicquid ratione pœnæ ab eis exigitur, ab Amasiis statim recuperant, cum centesima usura, qua de causa detractionis pœna imponi debet: nam exilii in fœminis frustranea est, quia facie cooperta incedentes, effectum condemnationis eludunt.
- 43 De lenonibus eorumque differentiis videndi sunt Doctores, in d. authent. de lenonibus, Farin. d. quest. 144. per tot. Berlich. d. c. parte 5. conclus. 40. Carpov. d. part. 2. quest. 71. Ex nostratibus Dominus Gregor. Lopez; in d. tit. 22. part. 7. Anton. Gomez, in d. c. leg. 80. Taur. num. 73. cum seqq. Joan. Gutierrez in pract. crimin. quest. 149. & 150. Don. Joan. Vela, de delict. part. 1. cap. 20. Avendaño, de exequend. p. 2. c. 6. & Azavedo, in leg. 4. & 5. tit. 11. lib. 8. recopilat. quæ quia trita sunt, explicatione non egent.



CONTROVERSIA LX.

De sortilegio libidinis causâ intentato per mulierculam, & de fallacia Egyptianæ, ut pecuniam ab ea extorquere possit.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species traditur.
- 2 Sortilegium non sapiens hæresim manifeste, mixti fori est.
- 3 Bulla Sixti V. jurisdictionem Inquisitorum ampliavit, ad crimina sortilegii.
- 4 Ex quo aliqui colligunt, quod iudex secularis de eis cognoscere non valet.
- 5 Constitutionis Sixti Quinti, verba traduntur.
- 6 Constitutio hæc jurisdictionem cumulativam Inquisitoribus tribuit.
- 7 De jure Canonico Inquisitores procedere non valebant in crimine simplicis sortilegii.
- 8 Constitutiones Pontificum interpretandæ sunt quo minus ledant juris canonici sanctiones, & jus tertii.
- 9 Inquisitores in dubio cognoscunt, an sortilegium hæresim sapiat.
- 10 Rei, vel acta Inquisitoribus à Judice seculari tradenda sunt, quoties postulatur ob causam fidei.
- 11 Sortilegia amatoria ex se, non sapiunt hæresim.
- 12 Sortilegia divinatoria, aliquando non sapiunt hæresim.
- 13 Sortilegium, quod in nostra specie supposebatur, hæresim non redolebat.
- 14 Sortilegia omnia de jure civili, pœna capitali plectuntur.
- 15 Mandans fieri sortilegium eadem pœna plectendus.
- 16 Sed acerbitas, hujus pœna mitigata consuetudine reperitur, ita ut arbitraria pœna sit.
- 17 Expenduntur jura, hanc mitigationem comprobantia.
- 18 De majori ad minus valet argumentum in penalibus.
- 19 Mandans fieri maleficia, mitius puniuntur de jure Codicis.
- 20 Malefici ipsi, etiam mitius puniti eo jure.
- 21 Sortilegi pœna mortis afficiuntur de jure Hispano.
- 22 Signanter utentes sortilegio divinatorio per Hydromantiam, quale est hoc de quo in nostra specie.
- 23 Hydromantia divinatoria, quæ sit, remittitur.
- 24 Pœna sortilegii à jure Hispano imposita, per consuetudinem mitigata reperitur.
- 25 Sed limita nisi mors, vel aliud simile damnnum sequatur.
- 26 Sortilegium fecisse jactans, mitius punitur.

Confessio extrajudicialis, non facit delictum, nec immutat veritatem. ibid.

27 Sortilegium mandans absque dolo, vel per simplicitatem, mitius punitur.

28 Incipiens sortilegium facere, si non per fecerit extraordinaria pœna tenetur.

Malefi

- 29 Maleficium non hostile, non punitur pœna ordinaria, licet perveniatur ad actum proximum.
- Atrocissima tantum crimina puniri ex affectu, ad actum proximum deducta non secuto effectu. ibid.
- 30 Decisio Aulæ.



VLIERCULA quædam ardebat vitum, cujus concubinarum obtinuerat, amore illius accensa, seu verius, cupiditate donorum, quæ jam gustaverat, stimulara consuluit, vetulam, *Ægyptianam* (ab Italis *Zingara* nuncupantur, inter Hispanos *Gitanas*.) Quæ remedium efficax spondit, & ad explorandam voluntatem Amasii erga illam, emere folium papyri iussit certis requisitis in emendo observatis, die ab ipsa assignato. Folium *Ægyptiana* recenter emptum servavit inter ubera, & auti non modica quantitate accepta, involutam in linteo pariter servavit. Ad habitaculum mulierculæ reductis, in puteo linteum, quo aurum involutum videbatur projecit, & ex eo aquam haurire iussit, qua missa in pelvim noviter emptam folium simile empto, in quo nihil depictum apparebat immisit, & statim ac madefactum remansit, vixæ factum in eo imagines viri fugientis, & fœminæ subsequens, confusæ delineata, ex quo coniecit, & ex eo aquam virum illum ad similes amores reversurum. Hæc in admirationem, usque ad animi fermè deliquim, mulierculam rapuere: sed vana quidem, & per calliditatem atque fallaciam *Ægyptiana* facta fuerant: nam folium emptum reservando aliud in eadem parte positum supposuit, in quo imagines depictæ jam erant, alumine in aqua liquefacto, ita ut nisi submergatur in aqua, apparere non possint. Auri verò summa, quam in puteo ejicere simulavit, sibi reservata, in eodem linteo filicem involutum projecit, quod puteo inspecto, evidenter apparuit. *Ægyptiana* sibi fuga consuluit, Meretricula capta fuit, & confessæ ingenuè, deceptam se agnoscendo; dubitabat quæ pœna essent plectenda.

Ad quod imprimis supponendum venit, quod sortilegii crimen dum hæresim manifestè non sapit, mixti fori est, ex doctrina Abbat. in cap. 1. de sortileg. quem sequuntur Paul. Grilland. eodem tract. quest. 11. num. 4. Julius Clarus, in

pract. S. hæresis, num. 25. Covarruv. var. lib. 3. cap. 3. num. 1. Simancas, de Cathol. instit. sit. 52. num. 2. cum sequentibus. Scaccia, de jud. lib. 1. cap. 12. num. 22. Didacus Perez, in leg. 9. tit. 1. lib. 8. Ordin. in gloss. vers. quo fit, ad fin. Bobadilla. lib. 2. polit. cap. 17. num. 74. D. Joann. Vela, de delict. part. 1. cap. 34. num. 6. Martin. del Rio, disquis. magic. lib. 5. sect. 12. Marta de jurisdic. part. 2. cap. 12. num. 10. Farin. quest. 8. num. 132. & 156. Petr. Caball. cas. 223. num. 57. cum sequentibus, Torrelanca, de jur. spirit. lib. 15. cap. 3. numero 18. & de Mag. lib. 3. cap. 9. ex numero 25. Aviles, in capit. Præter, cap. 53. verbi castigentibus. Parlador. rer. quotid. in sesquicent. differ. 9. §. 2. n. 8.

Et licet Sigismundus Scaccia, dicit, cap. 12. num. 53. & Casar Carena, tract. de Offi. sancti. Inquisit. part. 2. tit. 12. §. 16. num. 147. dispositionem hanc juridicam agnoscendo, teneant quod de jure novissimo per constitutionem Sixti V. Inquisitores privativè cognoscunt, de omnibus sortilegiis, ea adhibita ratione quod Summi Pontifices semper solent concedere Jurisdictionem privativam Inquisitoribus. Hoc, meo quidem iudicio, repugnat verbis ipsius Constitutionis, quam ad litteram adducit Pater Diana, part. 4. resolut. moral. pag. mihi 306. in cuius §. 6. hæc verba habentur: *Tam Episcopi, & Prælati Superiores, ac alii ordinarii locorum, quam Inquisitores hæretica pravitate, ubique gentium deputati: etiam in plerisque ex his causis, antea non procedebant, aut procedere non valebant, diligentius inquirent, & procedant, atque in eos severius Canonicis pœnis, & aliis eorum arbitria animadvertant.* Quomodo enim dici potest, quod privativam jurisdictionem concedat summus Pontifex, quando eam cumulativam expressè participat? Quod enim in hac parte constitutionis decernit est, quod prohibitio procedendi Inquisitores in crimine sortilegii non hæreticis contenta, in c. accusatus, §. sande, de hæret. in 6. de medio tollatur, ita ut jam in omni sortilegio Inquisitores procedere valeant, quod antea facere non poterant, ut latè probat Barbof. in collect. d. Text. num. 18. cum seqq. & sic nostram sententiam post constitutionem Sixti V. tuncur Pater Fragofo, de regim. reipub. Christ. p. 1. lib. 2. disp. 4. §. 5. num. 10. Thomas del Bene, tract. de immunit. Eccles. part. 2. c. 10. dub. 1. sect. 1. num. 5. & 22. Fermolin. qui Inquisitor